



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Ex Seneca. 7. Nat. I.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

sint parentibus. Mox eos sibi assidere iubet, osculatur, colludit, tragematis refertur. Quod si quando inter disceptantes electus fuerit, ar-  
bitrè lites primum audiet magna facilitate, cum dicit, videtur uterque rectè ratiocinari: amicis curiosa munuscula sæpè misit, & ro-  
gatus, ut aulam spectaculis commoderet, libenter facit: dein inter spectatores, ut solet, conspicuus, assidentibus crebrò distitat, hanc suam aulam esse.

Item Seneca, 7. nat. 1.

Non dum satis robur omne proiecimus, ad-  
huc quicquid est boni moris extingui-  
mus, leuitate, & politura corporum, mulie-  
bres munditias antecessimus, colores mere-  
tricio matronis quidem non inducendos viri  
sumimus: tenero, & molli incessu suspendimus  
gradum, non ambulamus, sed repimus; ex-  
ornamus annulis digitos, in omni articulo  
gemma disponitur; quotiè die comaminiscimur,  
per quæ virilitati fiet iniuria, ut traducatur,  
quia non potest exui.

Idem, de breuitate vita, 12.

Quid illos otiosos vocas, quibus apud ton-  
sorem multæ horæ transmittuntur, dum  
decerpitur, si quid proxima nocte succeruit?  
dum de singulis capillis in consilium itur?  
dum aut dissecta coma restituitur, aut hinc,  
atque illinc deficiens, in frontem compelli-  
tur? quomodo irascuntur, si tonsor paulò fuit  
negligentior, tanquam virum tonderet: quo-  
modo excandescunt, si quid ex iuba sua deci-  
sum est? si quid extra ordinem iacuit, nisi om-  
nia sua in annulos suos reciderunt? quis est  
istorum, qui non malit temp. turbari, quàm  
comam? quis non sollicitior sit de capitis sui  
decore, quàm salute? quis non corruptior esse  
malit, quàm honestior?

Item Tertull. de cultu femin.

Proprias præstigas formæ, & hic virilis  
sexus sibi agnoscit: barbam acrius cæde-  
re, interuallere, circumdare capillum, dis-  
ponere, etiam colorare capicem, præmam

quamque subducere totius corporis lanugi-  
nem, pigmento quoque muliebri distinguere,  
cætera pulueris cuiusdam asperitudine læui-  
gare, tum speculum omni occasione consule-  
re, anxie inspicere.

Alia, ex Arbitro.

CVM has miraremur lautitias, Trimalcio  
lautissimus homo digitos concrepuit: ad  
quod signum matellam spado ludenti suppo-  
suit: exonerata ille vesicâ, aquam poposcit, ad  
manus, digitosque paululum aspersos, in capi-  
te puari terfit.

Longum erat singula excipere, itaque in-  
traimus balneum, & sudore calefacto mo-  
mento temporis ad frigidam eximus; iam  
Trimalcio unguento perfusus tergebatur, non  
liureis, sed pallijs ex lana mollissima confectis.

Tres interim iatraliptæ, in conspectu eius  
falernum bibebant, hinc inuolurus coccinâ  
gausapa, lecticæ impositus est, præcedenti-  
bus phaleratis curforibus quatuor, & Chira-  
maxio, in quo delictæ eius ferebantur, puer  
vetulus, lippus, domino Trimalcione defor-  
mior.

Cum ergo afferretur ad caput eius, cum mi-  
nimis symphoniæ tibijs accessit, & tanquam  
in aurem aliquid secreto diceret, toto itinere  
cantauit.

Sequimur nos iam admiratione faturi, &  
cum Agamemnone ad ianuam peruenimus: in  
aditu ipso stabat ostiarius prasinatus, cerasino  
succinctus cingulo, atque in læne argentea  
pisum purgabat.

Super limen autem cauea pendeat aurea,  
in qua pica varia intrantes saluabat.

Cæterum dum ego omnia stupeo, penè  
resupinatus crura mea fregi, ad sinistram e-  
nim instantibus, non longè ab ostiarij cella,  
canis ingens catena vinculus, in pariete erat pi-  
ctus, superque quadrata litera scriptum, *Cave  
caue, cauem*: & collegæ quidem mei risere, e-  
go autem collecto spiritu, non destiti totum  
parietem persequi: erat autem venalium  
titulis pictum, & ipse Trimalcio, capillatus  
caduceum tenebat, Mineruæque ducente te-  
nia intabat: hinc quemadmodum ratioci-  
nari didicisset, deinde dispensator factus esset,  
omnia diligenter curiosus scriptor, cum in-  
scriptione reddiderat: in deficiente verò  
iam